p. 13 seq.; Huelsen Roem. Mitth. 1893 p. 278. — 2) *Cum plures Flaviani praefecti noti sint, quis nam intellegendus sit non constat (Henzen).* — 3) *Epiphanius praefectus urbi fuit anno 412 (cod. Theod. 6, 26, 14).*

5523 [*salvis d*]d. nn. inclytis semper Augg., | [*po*]rticu[*m*] cum scriniis Tellurensis | secretarii[1] tribunalib. adherentem, | Iunius Valerius Bellicius[2] v. c., praef. urb. | vice sacra iudicans, restituto | specialiter urbanae sedis honore | perfecit.

Romae rep. prope ecclesiam S. Petri in vinculis in horto monachorum Maronitarum (VI 31959 vidit Huelsen maiorem partem, fragmentum postea repertum addidit Gatti Notizie degli scavi 1897 p. 60). — 1) *Intellege secretarium praefecturae urbanae, Tellurense dictum a vicina aede Telluris (aedem Telluris in Carinis sitam memorant Suet. de gramm. 15 aliique; cf. Becker Top. p. 524). Tribunal praefecti urbis fuisse prope eam aedem colligi potest ex actis quibusdam martyrum, cf. Iordan Top. II p. 490.* — 2) *Praefectus hic urbis praeterea ignotus.*

5524 Fabius Maximus v. c.[1] | a fundamentis tri|bunal columnatum fecit, | curante Arruntio Attico patrono | Saepinatium et Bovianensium.

Saepini rep. a. 1877 in ruderibus porticus (IX 2448 vidit Mommsen ectypum photographicum; cf. Notizie degli scavi 1877 p. 280). — 1) *Cf. N. 5521.*

5525 C. Claudius | Sassi f. Quir. | sacerd. Aug. | d. p. s. | Resp. tribunal | fecit et columnam | mutavit.

Cividate in valle Camunnorum (val Camonica) (V 4960 quattuor vel quinquies descripta saec. XVIII. XIX).

5525a . . . ., L. Volu[*sius*] . . . ., T. Mall[*ius*] | . . . caius, Q. Pom[*ponius*] . . . . ram straverunt, podium et tribun[*al et* | *statuam*] Iustitiae Augustae, decurionibu[*s* . . | . . . *l*]udos scaenicos quadriduo et . . .

Nesce in Aequiculis (IX 4133 Dressel vidit partem).

5526 templum Fortunae | et basilicam cum | tribunali et colum|nis sex, vetustate | collapsa, restituit | M. Ulpius Victor | v. e., proc. Aug. n̄. | praef. prov. Sard.[1], | curante L. Magnio | Fulviano trib. mil., | curatore rei publ., p. p.

Turri (Porto Torres) in Sardinia rep., est Sassari (X 7946 vidit Mommsen). — 1) *Sardiniam rexit imperante Philippo, anno ut videtur 244; cf. X 7996. 7999. 8027 (cf. 8009).*

Tribunal iudicum *habes infra N. 5661.* Tribunal et rostra *VIII 7986 (v. infra inter municipales). Tribunalia in theatro infra N. 5638. 5644. 5646.*

5527 M. Nonius M. f. Balbus procos.[1] | basilicam, portas, murum pecunia sua.

Herculanei rep., est Neapoli (X 1425 vidit Mommsen). — 1) *Videtur is qui fuit tribunus plebis anno u. c. 722; cf. supra N. 896.*

5528 [*L. Scri*]bonius L. f. Lib. | patronus[1] [*basi*]licam de sua | [*pe*q]unia dedit.

archive.org